

ceret. Quia prophas tuos &
 sacerdotes tuos in scinario tuo
 occiderunt. sicut de zacharia
 legitur filio iorade sacerdotis.
 quem ioas rex interfecit. quia
 inquam eos occiderunt. ideo
 mulieres fructum uteri sui com-
 derunt. sicut de maria filia ele-
 azari legitur. & in libro regum
 scriptum est. & iosephus quoque
 testatur. Quod autem dicit si
 occidit. sic est acti diceret. Om-
 nis tantum percussit. nunquid
 tam immani ultione plecti debu-
 erunt. In quo tamen iudicium
 dei non reprehendit. sed culpam
 concedens & penam aggravans.
 misericordiam querit. Quasi dicit.
 Non est populus quem tantum
 dilexeris. cui tanta beneficia
 contuleris. Non est populus qui
 tantum tibi peccauerit. non est populus
 qui tantum deieceris tantum unde
 inaueris atque destruxeris. et
 ideo queso uide non transitoria
 est. sed considera diligentem uiam
 miseriam. ut solitam nobis
 iterum impendas misericordiam.
 Vide domine & considera quem
 uindemiaris ira. Ecclesiam sanctam
 uineam appellari plurimum
 scripturarum testimonium comprobat.
 De quibus est illud euangelicum
 ubi pater familias oparios in
 uineam suam misisse dicit. quia
 uidelicet deus pater dum peccato

res ad erudiendam ecclesiam di-
 rigit. quasi ad colendam uineam
 suam oparios mittit. Nam quem
 admodum uitis magno quidem
 studio & labore excolitur. sic ni-
 mirum uita fidelium non nisi
 magno studio & labore ad uir-
 tutem informatur. Quae admo-
 dum uinea si secunda fuerit. quae
 quod sibi laboris impendit. fruc-
 tum ubertate restauit. sic ni-
 mirum uita fidelium si studio
 discipline et eruditionis ad uir-
 tutem profecerit. omnem adhi-
 bitam diligentiam pro solo fructu
 recompensat. Item sicut lignum
 uitis sine fructu inutile est. &
 uniuersis lignis uilius. sic pro-
 fectio qui per fidei doctrinam
 excoluntur. & tamen fructum
 boni operis non afferunt. peiores
 sunt illis qui ad agnitioem
 ueritatis nunquam perueniunt.
 Et sic nunquam ut hos tales deus
 gratiam suam subtrahendo tanto
 profundius deserat. quanto diutius
 prius post impensam gratiam in-
 gratos tolerabat. Quorum tamen
 lapsum profectio qui ex compassio-
 ne caritatis plangunt. & qui e-
 os iam per fidem eiusdem secum
 corporis membra esse gaudebant.
 passionem eorum sine dolore
 ferre non possunt. Et quorum uo-
 ce hic dicitur. Vide domine & con-
 sidera quem uindemiaris ira.

